

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0002-4

13a

MT IMPUGNANS IGNOBILIS EST:
ARI NON DUBITAVIT,
OPUS ESSE MEDICO.
S REFEREBANT,
EJUS FILIUM.
ON DELECTANTUR FABULIS,
APRICO SITA SIT.
DATOREM MUNIFICUM
CONCESSISSE,
PORIS SUETIS EXAMINIBUS
LEM HABUIT,

DN. DE WEHRT,

EM FELICISSIMUM,

DN. DE BLECOURT,

N S E M,
VERSATISSIMUM

DN. AF, CAR. FILIUM,

M,
OB INSI IAM, IN VARIIS ACADEMIIS ACQUISITAM,
ET UBLICIS OMNIBUS ABUNDE COMPRO-
DOCTORES MEDICINÆ CREABIT,
RITU SOLENNI ET MORE
RET,
AMOENITATE, UTILITATE, CULTURA
S HABUERIT ORATIONEM.
AD BRANDA OMNES ET SINGULI, QUIBUS
ROCERES, CIVES, HOSPITES
UR.
I C O,
LLENTISSIMO,

D. U H U S I O,

FACULT. THEOL. DECANO.

OGRAPHI, ANNO cIↃIↃccxxxiv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0003-9

MEDICINÆ NOBILITATEM ET NECESSITATEM IGNORANS AUT IMPUGNANS IGNOBILIS EST:
IPSE MUNDI SERVATOR HANC ELOGIO SUO DIGNARI NON DUBITAVIT,
SANCTISSIMO TESTATUS ORE: MALE HABENTIBUS OPUS ESSE MEDICO.
GENTILES MEDICÆ ORIGINEM ARTIS AD DEOS REFEREBANT,
INPRIMIS AD APOLLINEM, ET ÆSCULAPIUM, EJUS FILIUM.
CHRISTIANI VERO UNUM VERUMQUE COLENTES DEUM NON DELECTANTUR FABULIS,
CUM VERITAS HAUD LONGE INVESTIGANDA IN APRICO SITA SIT.
NEMPE DEUM O. M. DONORUM OMNIUM BONORUM DATOREM MUNIFICUM
SALUBRIUM SCIENTIAM ARTIUM MORTALIBUS CONCESSISSE,
QUANDOQUIDEM ET BESTIIS NATURÆ QUODAM INSTINCTU PATET,
QUA VIA MORBOS DEBELLARE POSSINT ET SANITATEM TUERI.
ET PROFECTO SORS MORTALIUM FORET ADMODUM DEPLORANDA,
NISI DIVINA BONITAS EXPERIENTISSIMOS DEDISSET MEDICOS,
CORPORIS HUMANI FABRICAM ANATOMIA DUCE PERSPECTAM HABENTES,
UNA CUM MORBIS ET POTENTIBUS MORBORUM REMEDIIS,
IN VITÆ HUJUS MOLESTÆ DULCE LEVAMEN.
QUICUNQUE ERGO SEVERA STUDENDI LEGE STUDIO OPERAM DEDERUNT MEDICO,
ET PER VIVOS EDOCTI MORTUOSQUE DOCTORES INSIGNES FECERUNT PROGRESSUS,
EOS TANQUAM HUMANI GENERIS SOTERES HONORANDOS ESSE QUIS AMBIGAT?
NAM ET HOMERO JUDICE
ΙΗΤΡΟΣ ΑΝΗΡ ΠΟΛΛΩΝ ΑΝΤΑΞΙΟΣ ΑΛΛΩΝ!
QUOD ITAQUE FELIX FAUSTUMQUE SIT,

EX AUCTORITATE CÆSAREA
SERENISSIMI, POTENTISSIMI ET INVICTISSIMI PRINCIPIS

D. CAROLI VI.

D. G. ROM. IMPER. SEMPER AUGUSTI &c. &c.
NEC NON
POTESTATE REGIA
AUGUSTI, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS,

D. FRIDERICI WILHELMI,

REGIS BORUSSIÆ, MARCHIONIS BRANDENBURGICI, S. R. I. ARCHICAMERARII
ET ELECTORIS, SUPREMI ARAUSIONENSIUM
ET NEOCOMENSIUM PRINCIPIS,
MULTARUM VASTARUMQUE ALIARUM REGIONUM DOMINI,
DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,
EX SENATUS ACADEMICI CONSULTO
ET DECRETO

FACULTATIS MEDICÆ

RITE DESIGNATUS PROMOTOR,

JOHANNES ARNOLDUS TIMMERMANN,

DOCTOR MEDICUS, CONSILIARIUS AULICUS, ARCHIATER ET PROFESSOR
REGIUS, ORDINARIUS, H. T. FAC. MED. DECANUS,
TRES VIROS NOBILISSIMOS ET EXPERIENTISSIMOS,
EO ORDINE NOMINANDOS, QUO QUISQUE RATIONE TEMPORIS SUETIS EXAMINIBUS
SE SUBJECIT, ET DISPUTATIONEM INAUGURALEM HABUIT,
NEMPE

DN. HENRICUM VAN DE WEHRT,

DUISBURGO - CLIVENSEM, PRACTICUM XANTENSEM FELICISSIMUM,

DN. JOHANNEM ANTONIUM DE BLECOURT,

MEYDRICA-CLIVENSEM,
DENIQUE ET IN LINGUIS ORIENTALIBUS MULTO VERSATISSIMUM

DN. JOHANNEM HENRICUM SCHAAF, CAR. FILIUM,

LEIDA-BATAVUM,
OB INSIGNEM EORUNDEM ERUDITIONEM, SOLIDAMQUE IN ARTE SALUTARI SCIENTIAM, IN VARIIS ACADEMIIS ACQUISITAM, ET IN EXAMINIBUS CONSUETIS FACULTATI MEDICÆ, DISPUTATIONIBUSQUE PUBLICIS OMNIBUS ABUNDE COMPROBATAM, IMMO ET PRUDENTIAM AC MODESTIAM VERIS MEDICIS DIGNAM, DOCTORES MEDICINÆ CREABIT, OMNIAQUE PRIVILEGIA, INSIGNIA AC IMMUNITATES DOCTORALES RITU SOLENNI ET MORE MAJORUM IN AUDITORIO MAJORI IPSIS CONFERET,
POSTQUAM POSTREMO ORDINE POSITUS *DE ANTIQUISSIMA ARTIUM BOTANICA, AMOENITATE, UTILITATE, CULTURA PRINCIPUM, CUM VETERUM, TUM RECENTIORUM NOBILITATA* PUBLICITUS HABUERIT ORATIONEM.
AD QUÆ SOLENNIA D. XXIV. NOVEMBR. HORIS SOLITIS CUM APPLAUSU CELEBRANDA OMNES ET SINGULI, QUIBUS SACRA NOSTRA CORDI AMORIQUE SUNT, ACADEMIÆ ET CIVITATIS PROCERES, CIVES, HOSPITES OMNIUM ORDINUM HUMANISSIME INVITANTUR.

RECTORE MAGNIFICO,
VIRO PLURIMUM REVERENDO AC EXCELLENTISSIMO,

D. WILHELMO NEUHUSIO,

S. S. THEOL. DOCTORE, ILLIUSQUE PROF. PUBL. ET H. T. FACULT. THEOL. DECANO.

DUISBURGI ad RHENUM, TYPIS JOHANNIS SAS, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI, ANNO cIↄIↄccxxxiv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0004-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0005-0

01 A 6603

ULB Halle 3
003 092 291

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0008-7

13a

MEDICINÆ NOBILITATEM ET NECESSITATEM IGNORANS AUT IMPUGNANS IGNOBILIS EST:
IPSE MUNDI SERVATOR HANC ELOGIO SUO DIGNARI NON DUBITAVIT,
SANCTISSIMO TESTATUS ORE: MALE HABENTIBUS OPUS ESSE MEDICO.
GENTILES MEDICÆ ORIGINEM ARTIS AD DEOS REFEREBANT,
INPRIMIS AD APOLLINEM, ET ÆSCULAPIUM, EJUS FILIUM.
CHRISTIANI VERO UNUM VERUMQUE COLENTES DEUM NON DELECTANTUR FABULIS,
CUM VERITAS HAUD LONGE INVESTIGANDA IN APRICO SITA SIT.
NEMPE DEUM O. M. DONORUM OMNIUM BONORUM DATOREM MUNIFICUM
SALUBRIUM SCIENTIAM ARTIUM MORTALIBUS CONCESSISSE,
QUANDOQUIDEM ET BESTIIS NATURÆ QUODAM INSTINCTU PATET,
QUA VIA MORBOS DEBELLARE POSSINT ET SANITATEM TUERI.
ET PROFECTO SORS MORTALIUM FORET ADMODUM DEPLORANDA,
NISI DIVINA BONITAS EXPERIENTISSIMOS DEDISSET MEDICOS,
CORPORIS HUMANI FABRICAM ANATOMIA DUCE PERSPECTAM HABENTES,
UNA CUM MORBIS ET POTENTIBUS MORBORUM REMEDIIS,
IN VITÆ HUJUS MOLESTÆ DULCE LEVAMEN.
QUICUNQUE ERGO SEVERA STUDENDI LEGE STUDIO OPERAM DEDERUNT MEDICO,
ET PER VIVOS EDOCTI MORTUOSQUE DOCTORES INSIGNES FECERUNT PROGRESSUS,
EOS TANQUAM HUMANI GENERIS SOTERES HONORANDOS ESSE QUIS AMBIGAT?
NAM ET HOMERO JUDICE
ΙΗΤΡΟΣ ΑΝΗΡ ΠΟΛΛΩΝ ΑΝΤΑΞΙΟΣ ΑΛΛΩΝ!
QUOD ITAQUE FELIX FAUSTUMQUE SIT,

EX AUCTORITATE CÆSAREA

SERENISSIMI, POTENTISSIMI ET INVICTISSIMI PRINCIPIS

D. CAROLI VI.

D. G. ROM. IMPER. SEMPER AUGUSTI &c. &c.

NEC NON

POTESTATE REGIA

AUGUSTI, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS,

D. FRIDERICI WILHELMI,

REGIS BORUSSIÆ, MARCHIONIS BRANDENBURGICI, S. R. I. ARCHICAMERARII
ET ELECTORIS, SUPREMI ARAUSIONENSIUM
ET NEOCOMENSIUM PRINCIPIS,
MULTARUM VASTARUMQUE ALIARUM REGIONUM DOMINI,
DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

EX SENATUS ACADEMICI CONSULTO

ET DECRETO

FACULTATIS MEDICÆ

RITE DESIGNATUS PROMOTOR,

JOHANNES ARNOLDUS TIMMERMANN,

DOCTOR MEDICUS, CONSILIARIUS AULICUS, ARCHIATER ET PROFESSOR
REGIUS, ORDINARIUS, H. T. FAC. MED. DECANUS,

TRES VIROS NOBILISSIMOS ET EXPERIENTISSIMOS,

EO ORDINE NOMINANDOS, QUO QUISQUE RATIONE TEMPORIS SUETIS EXAMINIBUS
SE SUBJECIT, ET DISPUTATIONEM INAUGURALEM HABUIT,

NEMPE

DN. HENRICUM VAN DE WEHRT,

DUISBURGO - CLIVENSEM, PRACTICUM XANTENSEM FELICISSIMUM,

DN. JOHANNEM ANTONIUM DE BLECOURT,

MEYDRICA - CLIVENSEM,

DENIQUE ET IN LINGUIS ORIENTALIBUS MULTO VERSATISSIMUM

DN. JOHANNEM HENRICUM SCHAAF, CAR. FILIUM,

LEIDA - BATAVUM,

OB INSIGNEM EORUNDEM ERUDITIONEM, SOLIDAMQUE IN ARTE SALUTARI SCIENTIAM, IN VARIIS ACADEMIIS ACQUISITAM,
ET IN EXAMINIBUS CONSUETIS FACULTATI MEDICÆ, DISPUTATIONIBUSQUE PUBLICIS OMNIBUS ABUNDE COMPROBATAM, IMMO ET PRUDENTIAM AC MODESTIAM VERIS MEDICIS DIGNAM, DOCTORES MEDICINÆ CREABIT,
OMNIAQUE PRIVILEGIA, INSIGNIA AC IMMUNITATES DOCTORALES RITU SOLENNI ET MORE
MAJORUM IN AUDITORIO MAJORI IPSIS CONFERET,
POSTQUAM POSTREMO ORDINE POSITUS *DE ANTIQUISSIMA ARTIUM BOTANICA, AMOENITATE, UTILITATE, CULTURA PRINCIPUM, CUM VETERUM, TUM RECENTIORUM NOBILITATA* PUBLICITUS HABUERIT ORATIONEM.
AD QUÆ SOLENNIA D. XXIV. NOVEMBR. HORIS SOLITIS CUM APPLAUSU CELEBRANDA OMNES ET SINGULI, QUIBUS
SACRA NOSTRA CORDI AMORIQUE SUNT, ACADEMIÆ ET CIVITATIS PROCERES, CIVES, HOSPITES
OMNIUM ORDINUM HUMANISSIME INVITANTUR.

RECTORE MAGNIFICO,

VIRO PLURIMUM REVERENDO AC EXCELLENTISSIMO,

D. WILHELMO NEUHUSIO,

S. S. THEOL. DOCTORE, ILLIUSQUE PROF. PUBL. ET H. T. FACULT. THEOL. DECANO.

DUISBURGI ad RHENUM, TYPIS JOHANNIS SAS, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI, ANNO cIↄIↄccxxxiv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456474-p0009-6